S.

TEXTS FOR STUDENTS, No. 4

LIBRI SANCTI PATRICII

THE LATIN WRITINGS OF ST. PATRICK

Price 6d. net

TEXTS FOR STUDENTS, No. 4

GENERAL EDITORS: CAROLINE A. J. SKEEL, D.LIT.;
H. J. WHITE, D.D.; J. P. WHITNEY, B.D., D.C.L.

LIBRI SANCTI PATRICII

THE LATIN WRITINGS OF ST. PATRICK

A REVISED TEXT, WITH A SELECTION OF VARIOUS READINGS, BASED ON ALL THE KNOWN MANUSCRIPTS

EDITED BY

NEWPORT J. D. WHITE, D.D.

CANON OF ST. PATRICK'S
AND ARCHBISHOP KING'S PROFESSOR IN THE UNIVERSITY OF DUBLIN

LONDON
SOCIETY FOR PROMOTING
CHRISTIAN KNOWLEDGE
1918

INTRODUCTION

THE scope of this Introduction is limited to what is necessary for an understanding of the *apparatus criticus*. Readers who desire fuller textual details are referred to Dr. Gwynn's Introduction to his edition of the Book of Armagh, published for the Royal Irish Academy in 1913, and to my Introduction to the first critical edition of the Latin writings of St. Patrick (*Proceedings*, R.I.A., XXV., C, 7), 1905.

The text of the *Libri Sancti Patricii* here presented is a revision of that of 1905, necessitated by new light from the Paris MS., P. At the same time it seems reasonable now to give less prominence to the peculiarities of the Book of Armagh than seemed desirable in the first accurate presentation of its text. Thus, the transpositions of words, which is a marked proclivity of the scribe of A, are here ignored, as is, of course, his peculiar spelling, and doubling of consonants, as in the place name *Bannavem*.

The MSS. at present known to exist are the following :—

A is a copy of the *Confessio* only, and that with five omissions of considerable length, in the Book of Armagh, now in Trinity College, Dublin. This MS. was written some time between A.D. 807 and A.D. 846. Apart from its blunders and peculiarities, the text of A is the best. The consensus of the other documents against it is indicated in the *apparatus criticus* by *rell.*

B and *Boll.* represent the evidence—MS. and printed respectively—of a twelfth-century MS. in the Public Library of Arras.

In 1668, Andrée Denis, S.J., published the *Confessio* and *Epistola* from this MS. in the Bollandist Acta Sanctorum. Since that date, two folios of the MS. have been lost. Consequently, in the gaps so caused, the evidence of the printed text is cited as *Boll.* The distinction between B and *Boll.* is necessary, as Denis took great liberties with his MS.

The text of B is marked by a great number of singular readings, which betray the hand of a rather clever editor. Otherwise it has some striking affinities with A, though not so many as has P.

C is the Cotton MS. Nero, E. 1. in the British Museum. It is of the first half of the eleventh century. C and F4 are copies of the same exemplar. Consequently, in the *apparatus criticus* the symbol C represents the evidence of both MSS., unless the contrary is expressly stated. C and F4 are more akin to P than to A.

F is MS. Fell 3 in the Bodleian Library, Oxford. It is of the first quarter of the twelfth century. It presents a good text very carelessly written; it has affinities with R and, in a less degree, with B.

F4 is MS. Fell 4 in the Bodleian Library, Oxford. It is of the beginning of the twelfth century or the end of the eleventh. It is cited in this edition only where it varies from C. The readings of an early corrector are cited as F4 *corr.*

P is MS. lat. 17626 of the National Library, Paris. It is of the tenth century, and is, on the whole, the most satisfactory of the seven MSS. of the *Libri S. Patricii.* A full account of it will be found in *Proceedings*, R.I.A., XXV., C. 11.

R is the last leaves (in a very damaged condition) of MS. No. 1391 in the Public Library at Rouen. It is of the eleventh or twelfth century. The first half of the *Confessio* is all that remains. R, like B, has been edited, but not so extensively. Otherwise it is akin to F.

Conjectural emendation of the text has been used very sparingly in this edition, as in the former. We want to know what St. Patrick, according to the evidence available, actually wrote; not what he might have written had he been a man of good education; and in all likelihood he expressed himself badly, both in his native language, and in Latin, which he never perfectly mastered. Apart from this consideration, there is at least one case in which an expression which offends a purist may be a trace of an Old Latin version of the N.T. In *Confessio* 12, *Unde ego primus rusticus*, etc., it is not necessary to conjecture *primum* or *imus*. St. Patrick was thinking of 1 Tim. i. 13, *Qui prius fui blasphemus*, etc., where the reading *primus* for *prius* is actually found in the O.L. MS., *r*.

In this case at least the style is not the man. The personality of the saint may be clearly seen through and above his *rusticitas*. He was a man of apostolic quality and Pauline temperament, who did what he could to bring Ireland (which was never included in the Roman Empire) into line with Western Christianity.

LIBRI SANCTI PATRICII

CONFESSIO

1. Ego Patricius peccator, rusticissimus et minimus omnium fidelium et contemptibilis sum[1] apud plurimos.

Patrem habui Calpornum[2] diaconum filium quendam[3] Potiti[4] presbyteri qui fuit uico Banauem[5] Taberniæ.[6] Uillulam enim prope habuit ubi ego capturam dedi.

Annorum eram tunc fere sedecim. Deum enim uerum ignorabam, et Hiberione in captiuitate adductus sum cum tot milia hominum secundum merita nostra, quia a Deo recessimus et præcepta eius non custodiuimus et sacerdotibus nostris non obœdientes fuimus qui nostram salutem admonebant. Et Dominus *induxit super nos iram animationis suæ* et dispersit nos in gentibus multis etiam *usque ad ultimum terræ* ubi nunc paruitas mea uidetur esse inter alienigenas.

2. Et ibi Dominus *aperuit sensum*[7] incredulitatis meæ[8] ut uel sero rememorarem delicta mea et ut *conuerterem*[9] *toto*

1. Esai. xlii. 25 ; Act. xiii. 47.
2. Luc. xxiv. 45 ; Joel ii. 12.

[1] contemptibilissimus *rell.*
[2] Calpornium BCP ; Calpurnium FR.
[3] quondam *rell.* (quondam filium R).
[4] *ins.* filii Odissi A*mg.*
[5] Bannauem A.
[6] Taburniae P.
[7] sensus CFR.
[8] sens. cordis mei (meae F4) incred. *rell*
[9] conuerterer CFR ; confirmarem A.

corde ad Dominum Deum meum qui *respexit humilitatem* meam et misertus est adulescentiæ ignorantiæ meæ,[1] et custodiuit me antequam scirem eum et antequam saperem uel distinguerem inter bonum et malum et muniuit[2] me et consolatus est me ut pater filium.

3. Unde autem tacere non possum, neque expedit quidem, tanta beneficia et tantam gratiam quam mihi Dominus præstare dignatus est in terra captiuitatis meæ; quia hæc est retributio nostra ut post correptionem uel agnitionem Dei exaltare et *confiteri*[3] *mirabilia* eius coram *omni natione quæ est sub omni cælo.*

4. Quia non est alius Deus nec umquam fuit nec ante nec erit post hæc præter Deum Patrem ingenitum, sine principio, a quo est omne principium, omnia tenentem ut dicimus, et eius Filium Iesum Christum, qui cum Patre scilicet fuisse semper testamur ante originem sæculi spiritaliter apud Patrem inenarrabiliter genitum ante omne principium. Et *per ipsum* facta sunt *uisibilia et inuisibilia*, hominem factum, deuicta morte in cælis ad Patrem receptum.[4] Et *dedit illi omnem potestatem super omne nomen cælestium et terrestrium et infernorum et*[5] *omnis lingua confiteatur ei*[6] *quia Dominus et Deus est Iesus Christus* quem credimus. Et expectamus aduentum ipsius mox futurum iudex uiuorum atque mortuorum, *qui reddet unicuique secundum facta sua.* Et *effudit*[7] *in nobis abunde Spiritum Sanctum*[8] donum et pignus inmortalitatis, qui facit cre-

2. Luc. i. 48.
3. Ps. lxxxviii. 6; Act. ii. 5.
4. Col. i. 16; Phil. ii. 9-11; Rom. ii. 6; Tit. iii. 5, 6.

[1] adol. et ignor. meae B; adul. meae et ignor. CFR; adol. meae P.
[2] monuit *rell.*
[3] exaltaremur (—emus P) et confiteremur *rell.*
[4] a Patre rec. P; *om.* ad Patr. rec. A; rec. ad Patr. R; (receptus F).
[5] ut BCPR.
[6] *om.* ei *rell.*
[7] infudit *rell.*
[8] Spiritus Sancti *rell.*

dentes et obœdientes ut sint *filii Dei* Patris[1] et *coheredes Christi*, quem confitemur et adoramus unum Deum in Trinitate sacri nominis.

5. Ipse enim dixit per prophetam, *Inuoca me in die tribulationis tuæ et liberabo te et magnificabis me.* Et iterum inquit, *Opera autem Dei reuelare et confiteri honorificum est.*

6. Tamen etsi in multis inperfectus sum opto fratribus et cognatis meis[2] scire qualitatem meam, et ut possint perspicere uotum animæ meæ.

7. Non ignoro *testimonium Domini* mei qui in psalmo testatur, *Perdes eos*[3] *qui loquuntur mendacium.* Et iterum inquit, *Os quod mentitur occidit animam.* Et idem Dominus in euangelio inquit, *Uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo*[4] *in die iudicii.*

8. Unde autem uehementer debueram *cum timore et tremore* metuere hanc sententiam in die illa ubi nemo poterit se subtrahere uel abscondere, sed omnes omnino *reddituri* sumus *rationem* etiam minimorum peccatorum *ante tribunal* Domini *Christi.*

9. Quapropter olim cogitaui scribere, sed usque nunc hesitaui; timui enim ne inciderem[5] in[6] linguam hominum et[7] quia non didici[8] sicut et cæteri qui optime itaque[9] iura[10] et sacras literas utraque[11] pari modo combiberunt, et sermones[12] illorum ex infantia numquam mutarunt,[13] sed magis ad perfectum semper addiderunt. Nam sermo et loquela nostra translata est in linguam alienam, sicut facile

4. Rom. viii. 16, 17.
5. Ps. xlix. 15; Tob. xii. 7.
7. 2 Tim. i. 8; Ps. v. 7; Sap. i. 11; Matt. xii. 36.
8. Eph. vi. 5; Rom. xiv. 10, 12.

[1] *om.* Patris A.
[2] fratres et cognatos meos CFR.
[3] omnes BR; *om.* eos C, *not* F4.
[4] pro eo rationem BCFP; de eo rat. R.
[5] incederem ABCFP.
[6] *om.* in *rell.*
[7] *om.* et A.
[8] legi *rell.*
[9] *For* itaque—illorum, B *has* sacris litteris imbuti sunt, et studium suum; A *has in marg.*, z incertus liber hic *and dots after* comb.
[10] *So J. Gwynn;* iure MSS.
[11] utroque A.
[12] sermonem CFPR.
[13] *So* P; motarunt A; mutauerunt BCFR.

potest probari ex saliua[1] scripturæ meæ, qualiter sum ego in sermonibus instructus atque eruditus; quia inquit sapiens, *Per linguam dinoscitur et sensus et scientia et doctrina ueritatis.*

10. Sed quid[2] prodest excusatio iuxta ueritatem, præsertim cum præsumptione? quatinus modo ipse adpeto in senectute mea quod in iuuentute non conparaui; quod[3] obstiterunt peccata mea ut confirmarem quod ante perlegeram.[4] Sed quis me credit etsi dixero quod ante præfatus sum? Adulescens, immo pene puer, in uerbis capturam dedi, antequam scirem[5] quid adpeterem uel quid uitare debueram. Unde ergo hodie erubesco et uehementer pertimeo denudare imperitiam meam, quia disertis[6] breuitate sermonem[7] explicare nequeo. Sicut enim Spiritus gestit[8] et animas[9] et sensus monstrat adfectus.

11. Sed si itaque datum mihi fuisset sicut et cæteris, uerumtamen non silerem *propter retributionem.* Et si forte uidetur apud aliquantos me in hoc præponere cum mea inscientia et *tardiori lingua*, sed etiam scriptum est, *Linguæ balbutientes uelociter discent loqui pacem.* Quanto magis nos adpetere debemus qui sumus, inquit, *epistola Christi in salutem usque ad ultimum terræ*, etsi non diserta, sed *ministrata*[10] fortissime,[11] *scripta*[12] *in cordibus uestris non atramento sed Spiritu Dei uiui.* Et iterum Spiritus testatur, *Et rusticatio*[13] *ab Altissimo creata est.*

9. Sir. iv. 29.
11. Ps. cxviii. 112; Exod. iv. 10; Esai. xxxii. 4; 2 Cor. iii. 2, 3 Act. xiii. 47; Sir. vii. 16.

[1] exaliue AP (A *has* z *written over and* z *in marg.*); ex saliue B.
[2] *om.* quid *rell.*
[3] quia CFPR; *om.* B.
[4] quodque ante non perleg. *rell.*
[5] *ins.* quid peterem uel A.
[6] desertis CFP, *not* F4; quia non possum de deeritis A (possum de *superdotted and* z *in marg.*).
[7] *So White;* sermone ACFPR; sermonis BF4 *corr.*
[8] gestat P; gessit CFR.
[9] animus *rell.*
[10] *So White*; ratum ABCFP; rata F4 *corr.;* raptum R; *rell. add* et; A *has* z *in marg.*
[11] *So* F4 *corr.*; fortissimum MSS.
[12] scriptum A.
[13] rusticationem AP; A *has* z *in marg.*

12. Unde ego primus rusticus profuga indoctus scilicet qui nescio in posterum prouidere—sed scio illud certissime quia utique *priusquam humiliarer* ego eram uelut lapis qui iacet in luto profundo; et uenit *qui potens est*, et in sua misericordia sustulit me et quidem scilicet sursum[1] adleuauit et collocauit me in summo pariete. Et inde fortiter debueram exclamare ad *retribuendum*[2] quoque *aliquid Domino* pro tantis beneficiis eius, hic et in æternum, quæ mens hominum æstimare non potest.

13. Unde autem admiramini itaque *magni et pusilli qui timetis Deum*, et uos domini cati[3] rethorici audite ergo et scrutamini. Quis me stultum excitauit de medio eorum qui uidentur esse sapientes et legis periti et *potentes in sermone* et in omni re? Et me quidem detestabilem huius mundi præ cæteris inspirauit, si talis essem, dummodo autem ut *cum metu et reuerentia* et *sine querella* fideliter prodessem genti ad quam caritas Christi transtulit et donauit me in uita mea, si dignus fuero, denique ut cum humilitate et ueraciter deseruirem illis.

14. In *mensura* itaque *fidei* Trinitatis oportet distinguere *sine reprehensione* periculi notum facere donum Dei et *consolationem æternam*, sine timore fiducialiter Dei nomen ubique expandere, ut etiam *post obitum meum* exagallias[4] relinquere fratribus et filiis meis quos ego in Domino baptizaui, tot milia hominum.

15. Et non eram dignus neque talis ut hoc Dominus seruulo suo concederet post erumnas et tantas moles,[5] post

---

12. Ps. cxviii. 67; Luc. i. 49; Ps. cxv. 12.
13. Apoc. xix. 5; Act. vii. 22; Heb. xii. 28; 1 Thess. ii. 10.
14. Rom. xii. 3; Phil. ii. 15; 2 Thess. ii. 15; 1 Pet. i. 15.

---

[1] rursum P. [2] *So* P*F4 *corr.* retribuendam MSS.
[3] gnari P; ignari BCFR.
[4] exgallias BCF; ex galeas P; gallias R; ex gallicis F4 *corr.*; A *has in marg.* incercertus liber, *and* z *with* ~ *over the* g.
[5] tante molis BCFR; ante moles P.

captiuitatem, post annos multos, in gentem illam tantam gratiam mihi donaret, quod ego aliquando in iuuentute mea numquam speraui [1] neque cogitaui.

16. Sed postquam Hiberione deueneram, cotidie itaque pecora pascebam, et frequens in die orabam; magis ac magis accedebat amor [2] Dei et timor ipsius, et fides augebatur [3] et spiritus agebatur,[4] ut in die una usque ad centum orationes et in nocte prope similiter, ut etiam in siluis et in monte manebam. Et ante lucem excitabar ad orationem per niuem per gelu per pluuiam; et nihil mali sentiebam, neque ulla pigritia erat in me, sicut modo uideo, quia tunc *spiritus* in me *feruebat.*

17. Et ibi scilicet quadam nocte in somno audiui uocem dicentem mihi, Bene ieiunas, cito iturus ad patriam tuam. Et iterum [5] post paululum tempus audiui responsum dicentem mihi, Ecce nauis tua parata est. Et non [6] erat prope, sed forte habebat ducenta milia passus. Et ibi numquam fueram, nec ibi notum quemquam de hominibus habebam. Et deinde postmodum conuersus sum in fugam, et intermisi hominem cum quo fueram annis sex; et ueni in uirtute Dei qui uiam meam ad bonum dirigebat, et nihil metuebam donec perueni ad nauem illam.

18. Et illa die [7] qua perueni profecta est nauis de loco suo. Et locutus sum ut haberem inde nauigare [8] cum illis; et gubernatori displicuit illi, et acriter cum indignatione respondit, Nequaquam tu nobiscum adpetes [9] ire. Et cum hæc audissem separaui me ab illis ut uenirem ad tuguriolum ubi hospitabam; et in itinere cœpi orare; et antequam

16. Act. xviii. 25.

[1] *For* numq. sper., *rell. have* non quia desperaui (disp. P).
[2] timor *rell.* [3] agebatur P. [4] augebatur FP.
[5] [tuam] et terram et [post] *rell.* (R *def. after* terram).
[6] *om.* non *rell.* (R *def.*). [7] *om.* die CFPR.
[8] ut abirem unde nauigarem A; F4 *also has* unde.
[9] adpetas BCFR; adpetis P.

orationem consummarem audiui unum ex illis, et fortiter exclamabat post me, Ueni cito quia uocant te homines isti; et statim ad illos reuersus sum.

Et cœperunt mihi dicere, Ueni quia ex fide recipimus te, et fac nobiscum amicitiam quomodo uolueris. Et in illa die itaque repp uli sugere mammellas eorum [1] propter timorem Dei, sed uerumtamen speraui ab illis uenire in fidem [2] Iesu Christi, quia gentes erant, et ob [3] hoc obtinui [4] cum illis; et protinus nauigauimus.[5]

19. Et post triduum terram cepimus et uiginti et octo [6] dies per desertum iter fecimus, et cibus defuit illis et fames inualuit super eos. Et alio die cœpit gubernator mihi dicere, Quid est, Christiane? tu dicis Deus tuus magnus et omnipotens est; quare ergo non potes pro nobis orare? quia nos a fame periclitamur; difficile enim ut aliquem hominem umquam uideamus. Ego enim euidenter dixi illis, *Conuertimini* ex fide et *ex toto corde* [7] *ad* Dominum Deum meum cui nihil est inpossibile, ut hodie cibum mittat uobis in uiam uestram usque dum satiamini,[8] quia ubique abundat illi.

Et adiuuante Deo ita factum est. Ecce grex porcorum in uia [9] ante oculos nostros apparuit,[10] et multos ex illis interfecerunt et ibi duas noctes manserunt [11] bene refecti, et canes [12] eorum repleti [13] sunt, quia multi ex illis defecerunt et secus uiam *semiuiui relicti* sunt. Et post hæc summas gratias egerunt Deo, et ego honorificatus sum sub oculis eorum, et ex hac die abundanter cibum habuerunt. Etiam

19. Joel ii. 12; Luc. x. 30.

[1] reppuli sugire mammas eorum B; repulis fugire mammas iilorum FR; repuli fugere manus illorum P; repulsus sum fugere amicitias illorum C.
[2] illis ut mihi (mic F) dicerent, Ueni in fide *rell.*
[3] *om.* ob *rell.*
[4] obtinuit BF* R.
[5] *om.* et prot. nau. A.
[6] *So* P; xxviii A; uiginti et septem BCFR (*om.* et F).
[7] *om.* ex fide et B; *om.* et FR; *om.* et—corde A; *add* uestro R.
[8] satiemini *rell.*
[9] *ins.* ueniebat B.
[10] *om.* apparuit *rell.*
[11] *ins.* et AP.
[12] carnes CP; carne F4 *corr.*
[13] releuati CP; reuelati BFR.

mel siluestre inuenerunt et mihi *partem obtulerunt;* et unus ex illis dixit, *Hoc immolaticum*[1] *est.* Deo gratias, exinde nihil gustaui.

20. Eadem uero nocte eram dormiens, et fortiter temptauit me Satanas, quod memor ero *quamdiu fuero in hoc corpore.* Et cecidit super me ueluti saxum ingens,[2]¶ et nihil membrorum meorum præualui. Sed unde mihi[3] uenit ignarum[4] in[5] spiritum[6] ut[7] Heliam uocarem?[8] Et in hoc uidi in cælum solem oriri, et dum clamarem Heliam[9] uiribus meis ecce splendor solis illius decidit super me, et statim discussit a me omnem grauitudinem. Et credo quod a Christo Domino meo subuentus sum, et Spiritus eius iam tunc clamabat pro me. Et spero quod sic erit *in die pressuræ* meæ, sicut in euangelio inquit,[10] *In illa die*, Dominus testatur, *Non uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis.*

21. Et iterum post annos multos adhuc capturam dedi. Ea nocte prima itaque mansi cum illis. Responsum autem diuinum audiui dicentem mihi, Duobus autem mensibus[11] eris cum illis. Quod ita factum est. Nocte illa sexagesima[12] liberauit me Dominus de manibus eorum.

22. Etiam in itinere præuidit nobis cibum et ignem et siccitatem cotidie donec quarto decimo[13] die peruenimus homines.[14] Sicut superius insinuaui uiginti et octo dies per

19. Luc. xxiv. 42; 1 Cor. x. 28.
20. 2 Pet. i. 13; Ps. xlix. 15; Matt. x. 20.

[1] *om.* Hoc A; immolatium F F4 *corr.;* immolatum BP; immolatiuum CR (inmo. R).
[2] saxa ingentia *rell.;* ¶B *breaks off.* . . .
[3] *om.* mihi *Boll.*; me CFPR. [4] *om.* ignarum A; ignoro *Boll.* F4 *corr.*
[5] et *for* in FR; ut *Boll.* [6] spiritu *rell.*
[7] *om.* ut *rell.* [8] uocare P F4 *corr.* [Sed unde me uenit ignarum in spiritu Heliam uocarem? *rell.*] [9] *ins.* Heliam *Boll.* CFR.
[10] A *has* inquit Dominus non uos estis. multos adhuc, *etc.*, *omitting otherwise all from* In illa *to* annos *inclusive, with* z *in marg.; Boll. has* euan. Dom. test., In illa die, inquit, Non uos, etc.
[11] duos menses *rell.;* R *def.* [12] sexagesimo die CFP; R *def.*
[13] d[illegible] A. [14] omnes AF; ad homines C; . . . omines R.

desertum iter fecimus; et ea nocte qua peruenimus homines[1] de cibo uero nihil habuimus.

23. Et iterum post paucos annos in Britanniis eram cum parentibus meis, qui me ut filium susceperunt et ex fide rogauerunt me ut uel modo ego post tantas tribulationes quas ego pertuli nusquam[2] ab illis discederem.

Et ibi scilicet *uidi*[3] *in uisu noctis* uirum uenientem quasi de Hiberione, cui nomen Uictoricus,[4] cum epistolis innumerabilibus.[5] Et dedit mihi unam ex his, et legi principium epistolæ continentem, Uox Hiberionacum; et dum recitabam principium epistolæ putabam ipso momento audire uocem ipsorum qui erant iuxta siluam Focluti[6] quæ est prope mare occidentale, et sic exclamauerunt quasi ex uno ore, Rogamus te, sancte puer, ut uenias et adhuc ambulas inter nos. Et ualde *conpunctus sum corde* et amplius non potui legere, et sic expertus[7] sum. Deo gratias, quia post annos plurimos præstitit illis Dominus secundum clamorem illorum.

24. Et alia nocte, *nescio, Deus scit*, utrum in me an iuxta me, uerbis peritissimis quos ego audiui et non potui intellegere, nisi ad postremum orationis sic efficiatus[8] est, Qui *dedit pro te animam suam*[9] ipse est qui loquitur in te.[10] Et sic expertus[11] sum gaudebundus.

25. Et iterum uidi in me ipsum orantem, et eram quasi intra corpus meum, et audiui super me, hoc est super

23. Dan. vii. 13; Ps. cviii. 17. **24.** 2 Cor. xii. 2; Ioh. x. 11.

[1] *om.* sicut—homines F; omnes A *Boll.* R; ad homines C.
[2] numquam *rell.*; R *def.* [3] *For* uidi in uisu, in sinu A.
[4] Hiberione Uictricius nomine *Boll.*; Hib. Uictoricius nomen CFPR.
[5] *ins.* uidi A.
[6] uirgulti B (*teste Denis*); uirgulti uolutique C (uolutique *being underdotted in* F4); uirgultique F; uirgulti uelutique P; uirgulti ueluti R. [7] expergefactus *rell.* [8] affatus *Boll.* CFR.
[9] Qui ded. an. su. pro te A; Qui pro te an. su. posuit C; Qui pro te an. su. FR. [10] *om.* ipse—te *rell.* [11] expergefactus *rell.*; *om.* *Boll.*

interiorem hominem, et ibi fortiter orabat gemitibus. Et inter hæc stupebam et admirabar et cogitabam quis esset qui in me orabat; sed ad postremum orationis sic efficiatus[1] est ut sit Spiritus;[2] et sic expertus sum, et recordatus sum apostolo dicente, *Spiritus adiuuat infirmitates orationis nostræ. Nam quod oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus quæ uerbis exprimi non possunt.* Et iterum, *Dominus aduocatus noster postulat pro nobis.*¶

26. Et quando temptatus sum ab aliquantis senioribus meis qui uenerunt et peccata mea contra laboriosum episcopatum meum—utique in illo die fortiter *inpulsus sum ut caderem* hic et in æternum. Sed Dominus pepercit proselito et peregrino propter nomen suum benigne, et ualde mihi subuenit in hac conculcatione quod in labem et in obprobrium non male deueni. Deum oro ut *non illis* in peccatum *reputetur*.

27. *Occasionem*[3] post annos triginta *inuenerunt* me[4] aduersus uerbum quod confessus fueram antequod essem diaconus. Propter anxietatem mesto animo insinuaui amicissimo meo ¶ quæ in pueritia mea una die gesseram, immo in una hora, quia necdum præualebam. *Nescio, Deus scit*, si habebam tunc annos quindecim, et Deum uiuum non credebam, neque ex infantia mea; sed in morte et in incredulitate mansi donec ualde castigatus sum, et in ueritate humiliatus sum a fame et nuditate et cotidie.

28. Contra, Hiberione non sponte pergebam donec prope deficiebam. Sed hæc potius bene mihi fuit, quia ex hoc

25. Eph. iii. 16; Rom. viii. 26, 34; 1 Ioh. ii. 1.
26. Ps. cxvii. 13; 2 Tim. iv. 16. **27**. Dan. vi. 5; 2 Cor. xii. 2.

[1] effatus C; effactus F; effectus R.
[2] *So* PF4 *corr.* (sp̃s); episcopus (ep̃s) ACFR. ¶ A *breaks off*.
[3] *So White*; MSS. *have* occasionum; *Boll. has* reputetur occasio. Nam.
[4] *ins.* et CFR. ¶ R *ends*.

emendatus sum a Domino; et aptauit me ut hodie essem quod aliquando longe a me erat, ut ego curas haberem aut satagerem pro salute aliorum, quando autem tunc etiam de me ipso non cogitabam.

29. Igitur in illo die quo reprobatus sum a memoratis supradictis, ad noctem illam § *uidi in uisu noctis*. Scriptum erat contra faciem meam sine honore. Et inter hæc audiui responsum diuinum dicentem mihi, Male uidimus faciem designati,[1] nudato nomine. Nec sic prædixit, Male uidisti, sed, Male uidimus; quasi ibi[2] se iunxisset.[3] Sicut dixit, *Qui uos tangit quasi qui*[4] *tangit pupillam oculi mei.*

30. Idcirco *gratias ago ei qui me* in omnibus *confortauit* ut non me inpediret a profectione quam statueram et de mea quoque opera quod a Christo Domino meo didiceram; sed magis *ex eo sensi in me uirtutem* non paruam, et *fides* mea *probata* est *coram Deo et hominibus*.

31. Unde autem *audenter dico;* non me reprehendit conscientia mea hic et in futurum. Testem Deum habeo quia non sum mentitus in sermonibus quos ego retuli uobis.¶

32. Sed magis doleo pro amicissimo meo cur hoc meruimus audire tale responsum. Cui ego credidi etiam animam! Et comperi ab aliquantis fratribus ante dissensionem[5] illam, quod ego non interfui, nec in Britanniis eram, nec a me orietur, ut et ille in mea absentia pulsaret pro me. Etiam mihi ipse ore suo dixerat, Ecce dandus es tu ad gradum episcopatus. Quod non eram dignus. Sed unde uenit illi postmodum, ut coram cunctis, bonis et malis, et

29. Dan. vii. 13; Zech. ii. 8.
30. 1 Tim. i. 12; Marc. v. 29, 30; 1 Pet. i. 7; 2 Cor. viii. 21.
31. Act. ii. 29.

§ A *resumes*. [1] dei signati CFP. [2] sibi A.
[3] iunxit *rell.;* F4 *has an erased space between* ibi *and* se.
[4] *om.* quasi qui *Boll.; om.* qui CFP. ¶ A *breaks off*.
[5] defensionem *Boll.* CF.

me publice dehonestaret, quod ante sponte et lætus indulserat, et Dominus qui *maior omnibus est?*

33. Satis dico. Sed tamen non debeo abscondere donum Dei quod largitus est nobis in terra captiuitatis meæ, quia tunc fortiter inquisiui eum, et ibi inueni illum, et seruauit me ab omnibus iniquitatibus—sic credo—*propter inhabitantem Spiritum eius*, qui operatus est usque in hanc diem in me. Audenter rursus. Sed scit Deus si mihi homo hoc effatus fuisset, forsitan tacuissem propter caritatem Christi.

34. Unde ergo indefessam gratiam ago Deo meo qui me fidelem seruauit *in die temptationis* meæ, ita ut hodie confidenter offeram illi sacrificium, ut *hostiam uiuentem* animam meam Christo Domino meo, qui *me seruauit ab omnibus angustiis meis*, ut et dicam, *Quis ego sum, Domine*, uel quæ est uocatio mea, qui mihi tanta diuinitate[1] cooperasti?[2] ita ut hodie in gentibus constanter exultarem et magnificarem nomen tuum ubicumque loco fuero; nec non in secundis, sed etiam in pressuris; ut quicquid mihi euenerit, siue bonum siue malum, æqualiter debeo suscipere et Deo gratias semper agere, qui mihi ostendit ut indubitabilem eum sine fine crederem, et qui me audierit ut ego,[3] inscius[4] et[5] *in nouissimis diebus*, hoc opus tam pium et tam mirificum auderem adgredere,[6] ita ut imitarem quispiam illos quos ante Dominus iam olim prædixerat prænuntiaturus[7] *euangelium* suum *in testimonium omnibus gentibus* ante

32. Ioh. x. 29. 33. Rom. viii. 11.
34. Ps. xciv. 9; Rom. xii. 1; Ps. xxxiii. 5; 2 Reg. vii. 18; Act. ii. 17; Matt. xxiv. 14.

[1] *So White;* tantam diuinitatem CF*Boll.*; tanta diuinitatem P.
[2] cooperuisti CF; denudasti *Boll.*
[3] ut et ego CF*Boll.*
[4] *ins.* sim C.
[5] *om.* et CF*Boll.*
[6] audirem adgrederer F; adire adgrederer C F4 (adgreder C); auderem aggredi *Boll.*
[7] prænuntiaturos *Boll.*; prænuntiaturum F; prænuntiatus F4.

finem mundi. Quod ita ergo ut uidimus, itaque suppletum est. Ecce testes sumus quia euangelium prædicatum est usque ubi nemo ultra est.

35. § Longum est autem totum *per singula enarrare* laborem meum, uel per partes. Breuiter dicam qualiter piissimus Deus de seruitute sepe [me][1] liberauit et[2] de[3] duodecim periculis qua periclitata est anima mea, præter insidias multas, et *quæ uerbis exprimere non ualeo;* nec iniuriam legentibus faciam. Sed Deum auctorem habeo qui nouit omnia etiam antequam fiant,¶ ut me pauperculum pupillum idiotam[4] responsum diuinum creberrime admonuit.[5]

36. Unde mihi hæc sapientia, quæ in me non erat, qui nec *numerum dierum noueram*, necque Deum sapiebam? Unde mihi postmodum donum tam magnum tam salubre Deum agnoscere uel diligere, sed ut patriam et parentes amitterem?

37. Et munera multa mihi offerebantur cum fletu et lacrimis. Et offendi illos, necnon contra uotum aliquantis de senioribus meis; sed, gubernante Deo, nullo modo consensi neque adquieui illis; non mea gratia, sed Deus qui uincit in me, et resistit[6] illis omnibus ut ego ueneram ad Hibernas gentes euangelium prædicare, et ab incredulis contumelias perferre, ut *audirem obprobrium peregrinationis meæ*, et persecutiones multas *usque ad uincula*, et ut darem[7] ingenuitatem meam pro utilitate aliorum; et si dignus

35. Act. xxi. 19; Rom. viii. 26.
36. Ps. xxxviii. 5.
37. Sir. xxix. 30; 2 Tim. ii. 9.

§ A *resumes.* [1] *So Denis* [me]. [2] ex CF*Boll.*
[3] *om.* de *rell.* ¶ A *breaks off.*
[4] *So White;* ideo tamen CFP; *om. Boll.*
[5] admoneret F *Boll.*; creuerat monere P.
[6] restitit C; restiti *Boll.* [7] *ins.* me FP; *ins.* me et *Boll.*

fuero promptus sum ut etiam animam meam incunctanter et libentissime *pro nomine eius;* et ibi opto inpendere eam usque ad mortem si Dominus mihi indulgeret.

38. § Quia ualde debitor sum Deo qui mihi tantam gratiam donauit ut populi multi per me in Deum renascerentur, et postmodum consummarentur,[1] et ut clerici ubique illis ordinarentur ad plebem nuper uenientem ad credulitatem quam sumsit Dominus *ab extremis terræ*, sicut olim promiserat per prophetas suos: *Ad te gentes uenient ab extremis terræ, et dicent, Sicut falsa conparauerunt patres nostri idola et non est utilitas in eis.* Et iterum: *Posui te lumen in gentibus ut sis in salutem usque ad extremum terræ.*

39. Et ibi uolo *expectare promissum* ipsius qui utique numquam fallit, sicut in euangelio pollicetur: *Uenient ab oriente et occidente et ab austro et ab aquilone, et*[2] *recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob;* sicut credimus ab omni mundo uenturi sunt credentes.

40. Idcirco itaque oportet bene et diligenter piscare, sicut Dominus præmonet et docet dicens: *Uenite post me et faciam uos fieri*[3] *piscatores hominum.* Et iterum dicit per prophetas: *Ecce*[4] *mitto piscatores et uenatores multos, dicit Deus*, et cætera.

Unde autem ualde oportebat retia nostra tendere ita ut *multitudo copiosa* et turba Deo caperetur, et ubique essent clerici qui baptizarent et exhortarent populum indigentem et desiderantem, sicut Dominus in euangelio admonet et docet dicens: *Euntes ergo nunc*[5] *docete omnes gentes baptiz-*

37. 3 Ioh. 7.
38. Ier. xvi. 19; Act. xiii. 47.
39. Act. i. 4; Matt. viii. 11.
40. Matt. iv. 19; Ier. xvi. 16; Luc. v. 6; Matt. xxviii. 19.

§ A *resumes.*
[1] *om.* et post. cons. A.
[2] *om.* et ab aust. et ab aq. et *rell.* (*Boll.* P *have* et rec.).
[3] *om.* fieri CFP.
[4] *ins.* ego *Boll.*CF.
[5] *om.* nunc *rell.*; *om.* ergo nunc P.

antes eas[1] *in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti; docentes eos observare*[2] *omnia quæcumque mandaui uobis; et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Et iterum dicit, *Euntes ergo in mundum uniuersum prædicate euangelium omni creaturæ; qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit; qui uero non crediderit condempnabitur.* Et iterum, *Prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso mundo in testimonium omnibus gentibus; et tunc ueniet finis.*

Et item Dominus per prophetam prænuntians inquit, *Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii* § *uestri et filiæ uestræ, et iuuenes*[3] *uestri uisiones uidebunt et seniores uestri somnia somniabunt; et quidem super seruos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, et prophetabunt.* Et[4] Osee dicit, *Vocabo non plebem meam plebem meam, et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictum est, Non plebs mea uos, ibi uocabuntur filii Dei uiui.*

41. Unde autem Hiberione qui numquam notitiam Dei habuerunt, nisi idola et inmunda usque nunc semper coluerunt, quomodo nuper *perfecta*[5] est *plebs* Domini, et filii Dei nuncupantur? Filii Scottorum et filiæ regulorum monachi et uirgines Christi esse uidentur.¶

42. Et etiam una benedicta Scotta genetiua, nobilis, pulcherrima, adulta erat, quam ego baptizaui; et post paucos dies una causa uenit ad nos; insinuauit nobis responsum accepisse a nuntio[6] Dei, et monuit eam ut esset uirgo Christi et ipsa Deo proximaret. Deo gratias, sexta

40. Marc. xvi. 15; Matt. xxiv. 14; Act. ii. 17, 18; Rom. ix. 25, 26. **41.** Luc i. 17.

[1] eos *rell.* [2] seruare *Boll.*P. § B *resumes.*
[3] filii C; *om.* iuuenes uestri F. [4] *ins.* in C.
[5] facta A; effecta B²; fecta CP, *not* F4. ¶ A *breaks off.*
[6] nutu C.

ab hac die optime et auidissime arripuit illud quod etiam omnes uirgines Dei ita hoc faciunt; non sponte patrum earum, sed et persecutionem patiuntur et inproperia falsa a parentibus suis, et nihilominus plus augetur numerus—et de genere nostro qui ibi nati sunt nescimus numerum eorum—præter uiduas et continentes.

Sed et illæ[1] maxime laborant quæ seruitio detinentur. Usque ad terrores et minas assidue perferunt;[2] sed Dominus gratiam dedit multis ex ancillis suis,[3] nam etsi uetantur[4] tamen fortiter imitantur.

43. Unde autem etsi uoluero amittere illas, et ita[5] pergens in Britanniis—et libentissime paratus eram—quasi ad patriam et parentes—non id solum sed etiam usque Gallias, uisitare fratres et ut uiderem faciem sanctorum Domini mei — scit Deus quod ego ualde optabam. Sed *alligatus Spiritu* qui *mihi protestatur* si hoc fecero, ut futurum reum me esse designat; et timeo perdere laborem quem inchoaui; et non ego sed Christus Dominus qui me imperauit ut uenirem essemque cum illis residuum ætatis meæ, si Dominus uoluerit, et custodierit me ab omni uia mala, ut non peccem coram illo.

44. Spero autem hoc debueram; sed memetipsum non credo *quamdiu fuero in hoc corpore mortis;* quia fortis est qui cotidie nititur subuertere me a fide et præposita[6] castitate religionis non fictæ usque in finem uitæ meæ Christo Domino meo. Sed caro inimica semper trahit ad mortem, id est ad inlecebras inlicitate[7] perficiendas. Et

43. Act. xx. 22, 23.
44. 2 Pet. i. 13; Rom. vii. 24.

[1] *So Ware;* illas BCFP; illa F4*corr.*
[2] persuaserunt C; perseuerunt F. [3] meis C F.
[4] *So Denis;* MSS. *have* nam et siue tantum; *om.* et C.
[5] ut BCF. [6] proposita C.
[7] in infelicitate B; inlicite F4*corr.*

scio ex parte qua re uitam perfectam ego non egi sicut et cæteri credentes. Sed confiteor Domino meo et non erubesco in conspectu ipsius, quia non mentior. Ex quo cognoui eum a iuuentute mea creuit in me amor Dei et timor ipsius; et usque nunc fauente Domino *fidem seruaui.*

45. Rideat autem et insultet qui uoluerit, ego non silebo neque abscondo signa et mirabilia quæ mihi a Domino monstrata[1] sunt ante multos annos quam fierent, quasi qui nouit omnia etiam *ante tempora secularia.*

46. Unde autem debueram sine cessatione Deo gratias agere, qui sepe indulsit insipientiæ meæ et neglegentiæ meæ—et de loco non in unoquoque—ut non mihi uehementer irasceretúr qui adiutor datus sum; et non cito adquieui secundum quod mihi ostensum fuerat, et sicut *Spiritus suggerebat.* Et *misertus est* mihi Dominus *in milia milium*, quia uidit in me quod paratus eram; sed quod mihi per[2] his nesciebam de statu meo quid facerem, quia multi hanc legationem prohibebant. Etiam inter seipsos post tergum meum narrabant et dicebant, Iste quare se mittit in periculum inter hostes *qui Deum non nouerunt?* Non ut causa malitiæ, sed non sapiebat illis, sicut et ego ipse testor intellegi, propter rusticitatem meam. Et non cito agnoui gratiam, quæ tunc erat in me. Nunc mihi sapit quod ante debueram.

47. Nunc ergo simpliciter insinuaui fratribus et conseruis meis qui mihi crediderunt, propter quod *prædixi et prædico* ad roborandam et confirmandam

---

44. 1 Cor. xiii. 9; 2 Tim. iv. 7. **45.** 2 Tim. i. 9.
46. Ioh. xiv. 26; Exod. xx. 6; 2 Thess. i. 8.
47. 2 Cor. xiii. 2.

---

[1] ministrata BCF. [2] pro F4.

fidem uestram. Utinam ut et uos imitemini maiora, et potiora faciatis! Hoc erit gloria mea, quia *filius sapiens gloria patris est.*

48. Uos scitis et Deus qualiter inter uos conuersatus sum a iuentute mea in fide ueritatis et in sinceritate cordis. Etiam ad gentes illas inter quas habito, ego fidem illis præstaui et præstabo. Deus scit, *neminem* illorum *circumueni;* nec cogito, propter Deum et ecclesiam ipsius, ne excitem illis et nobis omnibus persecutionem, et ne per me blasphemaretur nomen Domini; quia scriptum est: *Uæ homini per quem nomen Domini blasphematur.*

49. *Nam etsi imperitus sum in omnibus,* tamen conatus sum quippiam seruare me etiam et fratribus Christianis et uirginibus Christi et *mulieribus religiosis* quæ mihi ultronea munuscula donabant, et super altare iactabant ex ornamentis suis, et iterum reddebam illis. Et aduersus me scandalizabantur cur hoc faciebam. Sed ego propter spem perennitatis, ut me in omnibus caute propterea conseruarem, ita ut me in aliquo titulo infideles[1] caperent uel ministerium seruitutis meæ, nec etiam in minimo incredulis locum darem infamare siue detractare.

50. Forte autem quando baptizaui tot milia hominum sperauerim ab aliquo illorum uel dimidio scriptulæ? *Dicite mihi et reddam uobis.* Aut quando ordinauit ubique Dominus clericos per modicitatem meam et ministerium gratis distribui illis, si poposci ab aliquo illorum uel pretium uel *calciamenti* mei, *dicite aduersus me et reddam uobis* magis.

47. Prov. x. 1.
48. 2 Cor. vii. 2; Matt. xviii. 7; Rom. ii. 24.
49. 2 Cor. xi. 6; Act. xiii. 50. **50.** 1 Reg. xii. 3.

[1] infideli CFP; conseruarem me in alio titulo meo infideli P.

51. Ego *inpendi pro* uobis ut me caperent;[1] et inter uos et ubique pergebam causa uestra in multis periculis etiam usque ad exteras partes ubi nemo ultra erat, et ubi numquam aliquis peruenerat qui baptizaret aut clericos ordinaret aut populum consummaret, donante Domino, diligenter et libentissime pro salute uestra omnia generaui.[2]

52. Interim præmia dabam regibus præter quod dabam mercedem filiis ipsorum qui mecum ambulant; et nihilominus comprehenderunt me cum comitibus meis. Et illa die auidissime cupiebant interficere me; sed tempus nondum uenerat. Et omnia quæcumque nobiscum inuenerunt rapuerunt illud, et me ipsum ferro uinxerunt. Et quarto decimo die absoluit me Dominus de potestate eorum; et quicquid nostrum fuit redditum est nobis propter Deum et *necessarios amicos* quos ante prænidimus.

53. Uos autem experti estis quantum ego erogaui illis qui iudicabant[3] per omnes regiones quos ego frequentius uisitabam; censeo enim non minimum quam pretium quindecim hominum distribui illis, ita ut me fruamini, et ego uobis semper fruar in Deum. Non me pœnitet, nec satis est mihi; adhuc *inpendo et superinpendam*. Potens est Dominus ut det mihi postmodum ut meipsum *inpendar*[4] *pro animabus uestris*.

54. § Ecce *testem Deum inuoco in animam meam quia non mentior*. Neque ut sit *occasio adulationis uel auaritiæ* scripserim uobis, neque ut honorem spero ab aliquo uestro.[5] Sufficit enim mihi[6] honor qui nondum uidetur sed corde creditur. *Fidelis* autem *qui promisit;* numquam mentitur.

51. 2 Cor. xii. 15. **52**. Act. x. 24. **53**. 2 Cor. xii. 15.
54. 2 Cor. i. 23; Gal. i. 20; 1 Thess. ii. 5; Heb. x. 23.

[1] *So Denis;* caperet MSS. [2] generari F; generaur F4; gessi B.
[3] indicabant CF. [4] inpendat CFP; impendam F4*corr*. § A *resumes*.
[5] *For* spero—uestro, sperarem (serarem F) uestrum *rell*.
[6] *om*. mihi AC, *not* F4.

55. Sed uideo iam in *præsenti sæculo* me supra modum exaltatum[1] a Domino. Et non eram dignus neque talis ut hoc mihi præstaret, dum scio certissime quod mihi melius conuenit paupertas et calamitas quam deliciæ et diuitiæ. Sed et Christus Dominus pauper fuit pro nobis. Ego uero miser et infelix, et si opes uoluero iam non habeo, *neque meipsum iudico*, quia cotidie spero[2] aut internecionem aut circumueniri aut redigi in seruitutem, siue occasio cuiuslibet. ¶ *Sed nihil horum uereor* propter promissa cælorum; quia iactaui meipsum in manus Dei omnipotentis, quia ubique dominatur, sicut propheta dicit: *Iacta cogitatum tuum in Deum et ipse te enutriet.*

56. Ecce nunc *commendo animam* meam *fidelissimo* Deo meo, *pro quo legationem fungor* in ignobilitate mea, sed quia personam non accipit et elegit me ad hoc officium ut unus essem de suis minimis ministris.[3]

57. Unde autem *retribuam illi pro omnibus quæ retribuit mihi.* Sed quid dicam uel quid promittam Domino meo? quia nihil ualeo[4] nisi ipse mihi dederit. Sed *scrutatur corda et renes;* quia satis et nimis cupio et paratus eram ut donaret mihi *bibere calicem* eius sicut indulsit et cæteris amantibus se.

58. Quapropter non contingat[5] mihi a Deo meo ut umquam[6] amittam *plebem* suam *quam adquisiuit* in ultimis terræ. Oro Deum ut det mihi perseuerantiam, et dignetur ut reddam illi testimonium fidele[7] usque ad transitum meum propter Deum meum.

55. Gal. i. 4; 1 Cor. iv. 3; Act. xx. 24; Ps. liv. 23.
56. 1 Pet. iv. 19; Eph. vi. 20.
57. Ps. cxv. 12; Ps. vii. 11; Matt. xx. 22.
58. Esai. xliii. 21.

[1] exaltatus sum A; exultatum CF. [2] sperno C. ¶ A *breaks off.*
[3] minister BCF. [4] uideo CF.
[5] contingunt BCF. [6] numquam BCF.
[7] *So White;* MSS. *have* testem fidelem; *Denis ins.* [me] *bef.* testem.

59. Et si aliquid boni umquam imitatus sum propter Deum meum quem diligo, peto ¶ illi det mihi ut cum illis proselitis et captiuis pro nomine suo effundam sanguinem meum, etsi ipsam etiam caream sepulturam, aut miserissime cadauer per singula membra diuidatur canibus aut bestiis asperis, aut uolucres cæli comederent illud. Certissime reor si mihi hoc incurrisset lucratus sum animam cum corpore meo, quia sine ulla dubitatione in die illa resurgemus in claritate solis, hoc est, in gloria Christi Iesu redemptoris nostri, quasi *filii Dei uiui* et *coheredes Christi*, et *conformes* futuræ *imaginis* ipsius; *quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso* regnaturi sumus.[1]

60. Nam sol iste quem uidemus, Deo[2] iubente, propter nos cotidie oritur, sed numquam regnabit neque permanebit splendor eius; sed et omnes qui adorant eum in pœnam miseri male deuenient. Nos autem qui credimus et adoramus solem uerum Christum, qui numquam interibit neque *qui fecerit uoluntatem* ipsius, sed *manebit in æternum*, quomodo et Christus *manebit in æternum*, qui regnat cum Deo Patre omnipotente et cum Spiritu Sancto ante sæcula et nunc et per omnia sæcula sæculorum, Amen.

61. Ecce iterum iterumque breuiter exponam uerba confessionis meæ. *Testificor* in ueritate et in exultatione cordis *coram Deo et sanctis angelis eius*, quia[3] numquam habui aliquam occasionem præter euangelium et promissa illius ut umquam redirem ad[4] gentem illam, unde autem prius uix euaseram.

62. § Sed precor credentibus et timentibus Deum, quicumque dignatus fuerit inspicere uel recipere hanc scrip-

59. Rom. ix. 26; viii. 17, 29; xi. 36.
60. 1 Ioh. ii. 17; Ps. lxxxviii. 37. **61.** 1 Tim. v. 21.

¶ B *breaks off.*
[1] *om.* quoniam—sumus F; quam ex ipso regnaturi sumus P; F4 *has* q̄m *for* quoniam.
[2] Deo F4 *written over*; *om* CFP; illo *Boll.* [3] qui CFP.
[4] redderem a CF; numquam reddere a gente P § A *resumes*

turam quam Patricius peccator indoctus scilicet Hiberione conscripsit, ut nemo umquam dicat quod mea ignorantia, si aliquid pusillum egi uel demonstrauerim secundum Dei placitum, sed arbitramini et uerissime credatur quod donum [1] Dei fuisset. Et hæc est confessio mea antequam moriar.[2]

EPISTOLA

1. Patricius peccator indoctus scilicet:—Hiberione, a Deo [3] constitutus,[4] episcopum me esse fateor. Certissime reor a Deo accepi id quod sum. Inter barbaras itaque habito proselitus et profuga ob amorem Dei. Testis est ille si ita est. Non quod optabam tam dure et tam aspere aliquid ex ore meo effundere. Sed cogor *zelo Dei;* et *ueritas Christi* excitauit me [5] pro dilectione proximorum atque filiorum pro quibus *tradidi* patriam et parentes et *animam* meam *usque ad mortem*, si dignus sum. Uoui [6] Deo meo docere gentes etsi contemnor aliquibusdam.

2. Manu mea scripsi atque condidi uerba ista danda et tradenda, militibus mittenda Corotici; non dico ciuibus meis neque ciuibus sanctorum Romanorum, sed ciuibus demoniorum ob mala opera ipsorum. Ritu hostili in morte uiuunt, socii Scottorum atque Pictorum apostatarum, quasi sanguine uolentes saginari [7] de sanguine innocentium Christianorum, quos ego innumeros Deo genui atque in Christo confirmaui.

1. Rom. x. 2; 2 Cor. xi. 10; Phil. ii. 30.

[1] *om.* donum *rell.*

[2] A *adds:* Huc usque uolumen quod Patricius manu conscripsit sua ⁘ Septima decima Martii die translatus est Patricius ad cælos.

[3] *om.* a Deo *Boll.* CF.

[4] constitutum F4.

[5] *So* F4 *written over; om.* me *rell.*

[6] noui C, *not* F4; uiuo FP.

[7] *So Boll.; For* quasi—sag., que sanguelentos sanguinare CFP; (sangulentos FP sanguinolentos F4*corr.*).

3. Postera die qua crismati neophyti in ueste candida —flagrabat in fronte ipsorum dum crudeliter trucidati atque mactati gladio supradictis—misi epistolam cum sancto presbytero quem ego ex infantia docui, cum clericis, ut nobis aliquid indulgerent de præda uel de captiuis baptizatis quos ceperunt. Cachinnos fecerunt de illis.

4. Idcirco nescio quid[1] magis lugeam, an qui interfecti, uel quos ceperunt, uel quos grauiter Zabulus inlaqueauit. Perenni pœna gehennam pariter cum ipso mancipabunt, quia utique *qui facit peccatum seruus est peccati*,[2] et *filius Zabuli* nuncupatur.

5. Quapropter resciat[3] omnis homo timens Deum quod a me alieni sunt et a Christo Deo meo *pro quo legationem fungor*—patricida, fratricida—*lupi rapaces, deuorantes plebem* Domini *ut cibum panis*. Sicut ait, *Iniqui dissipauerunt legem tuam, Domine*, quam in supremis temporibus Hiberione optime benigne plantauerat; atque instructa erat, fauente Deo.

6. Non usurpo. Partem habeo cum his *quos*[4] *aduocauit et prædestinauit* euangelium prædicare in persecutionibus non paruis *usque ad extremum terræ*, etsi inuidet inimicus per tyrannidem Corotici, qui Deum non ueretur[5] nec sacerdotes ipsius quos elegit, et indulsit illis summam diuinam sublimam potestatem: *quos ligarent super terram ligatos esse et in cælis*.

4. Ioh. viii. 34; Act. xiii. 10.
5. Eph. vi. 20; Act. xx. 29; Ps. xiii. 4; Ps. cxviii. 126.
6. Rom. viii. 30; Act. xiii. 47; Matt. xvi. 19.

[1] quod C; quos F4 *corr.*
[2] *om.* peccati CF.
[3] Propter quam rem sciat F4; qua rē propter sciat C.
[4] *ins.* Deus P.
[5] ueneretur P.

7. Unde ergo quæso plurimum, *sancti et humiles corde.* Adulari talibus non licet, nec cibam nec potum sumere cum ipsis, nec elemosinas ipsorum recipere debere donec crudeliter pœnitentiam effusis lacrimis satis Deo faciant, et liberent seruos Dei et ancillas Christi baptizatas, pro quibus mortuus est et crucifixus.

8. *Dona iniquorum reprobat Altissimus. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Diuitias*, inquit, *quas congregauit iniuste euomentur de uentre eius, trahit illum angelus mortis, ira draconum mulcabitur, interficiet illum lingua colubris, comedit eum ignis inextinguibilis.* Ideoque, *Uæ qui replent se quæ non sunt sua.* Uel, *Quid prodest homini ut totum mundum lucretur, et animæ suæ detrimentum patiatur?*

9. Longum est per singula discutere uel insinuare, per totam legem carpere testimonia de tali cupiditate. Auaritia mortale crimen. *Non concupisces rem proximi tui. Non occides. Homicida non potest esse cum Christo. Qui odit fratrem suum homicida*[1] *adscribitur.* Uel, *Qui non diligit fratrem suum in morte manet.* Quanto magis reus est qui manus suas coinquinauit in sanguine filiorum Dei, quos nuper adquisiuit in ultimis terræ per exhortationem paruitatis nostræ?

10. Numquid sine Deo, uel secundum carnem Hiberione ueni? Quis me compulit? *Alligatus sum*[2] *Spiritu* ut non uideam aliquem de cognatione mea. Numquid a me[3] piam misericordiam quod[4] ago erga gentem illam qui[5]

7. Dan. iii. 87.
8. Sir. xxxiv. 23, 24; Iob xx. 15; Hab. ii. 6; Matt. xvi. 26.
9. Rom. xiii. 9; 1 Ioh. iii. 14, 15.
10. Act. xx. 22.

[1] *ins.* est P; *ins.* esse *Boll.*
[2] *om.* sum C.
[3] amo *Boll.;* a me *erased in* F4.
[4] quod *erased in* F4.
[5] quæ *Boll.* F4*corr.*

me aliquando ceperunt, et deuastauerunt seruos et ancillas domus patris mei? Ingenuus fui secundum carnem; decurione patre nascor; uendidi enim nobilitatem meam—non erubesco neque me pœnitet—pro utilitate aliorum; denique seruus sum in Christo genti exteræ ob gloriam ineffabilem *perennis uitæ quæ est in Christo Iesu Domino nostro*.

11. Et si mei me non cognoscunt,[1] *propheta in patria sua honorem non habet.* Forte non sumus ex *uno ouili*, neque *unum Deum Patrem* habemus; sicut ait, *Qui non est mecum contra me est, et qui non congregat mecum spargit.* Non conuenit, *Unus destruit alter ædificat.*[2] *Non quæro quæ mea sunt.*

Non mea gratia, sed Deus *qui dedit*[3] *hanc sollicitudinem in corde* meo, ut unus essem de *uenatoribus* siue *piscatoribus* quos olim Deus *in nouissimis diebus* ante prænuntiauit.

12. Inuidetur mihi. Quid faciam, Domine? Ualde despicior. Ecce oues tuæ circa me laniantur atque deprædantur, et supradictis latrunculis, iubente Corotico[4] hostili mente. Longe est a caritate Dei traditor Christianorum in manus Scottorum atque Pictorum. *Lupi rapaces* deglutierunt gregem Domini qui utique Hiberione cum summa diligentia optime crescebat; et filii Scottorum et filiæ regulorum monachi et uirgines Christi enumerare nequeo. Quam ob rem *iniuria iustorum non te placeat; etiam usque ad inferos non placebit.*

10. Rom. vi. 23.
11. Ioh. iv. 44; x. 16; Mal. ii. 10; Eph. iv. 6; Matt. xii. 30; Sir. xxxiv. 28; 1 Cor. xiii. 5; 2 Cor. viii. 16; Ier. xvi. 16; Act. ii. 17.
12. Act. xx. 29; Sir. ix. 17.

[1] agnoscunt P. [2] *om.* Non conuenit—ædificat P.
[3] *For* qui dedit CF *have* quidem; *Boll. has* qui hanc quidem *and* [dedit] *bef.* in corde.
[4] Coritico P.

13. Quis sanctorum non horreat iocundare uel conuiuium fruere cum talibus? De spoliis defunctorum Christianorum repleuerunt domos suas. De rapinis uiuunt. Nesciunt miseri uenenum; letalem cibum porrigunt ad amicos et filios suos, sicut Eua non intellexit quod utique mortem tradidit[1] uiro suo. Sic sunt omnes qui male agunt; mortem perennem pœnam operantur.

14. Consuetudo Romanorum Gallorum[2] :—Mittunt uiros sanctos idoneos ad Francos et cæteras gentes cum tot milia solidorum ad redimendos captiuos baptizatos; tu potius[3] interficis et uendis illos *genti* exteræ *ignoranti Deum.* Quasi in lupanar tradis *membra Christi.* Qualem spem habes in Deum, uel qui te consentit, aut qui te communicat uerbis adulationis? Deus iudicabit; scriptum est enim, *Non solum facientes mala, sed etiam consentientes dampnandi sunt.*

15. Nescio *quid dicam uel quid loquar* amplius de defunctis filiorum Dei quos gladius supra modum dure tetigit. Scriptum est enim, *Flete cum flentibus.* Et iterum, *Si dolet unum membrum condoleant omnia membra.* Quapropter ecclesia plorat et plangit filios et filias suas quas adhuc gladius nondum interfecit, sed prolongati et exportati § in longa terrarum, ubi peccatum manifeste, grauiter,[4] inpudenter abundat. Ibi uenundati ingenui homines, Christiani in seruitutem redacti sunt, præsertim indignissimorum pessimorum apostatarumque Pictorum.

16. Idcirco cum tristitia et merore uociferabo: O speciosissimi atque amantissimi fratres et filii quos *in*

14. 1 Thess. iv. 5; 1 Cor. vi. 15; Rom. i. 32.
15. Ioh. xii. 49; Rom. xii. 15; 1 Cor. xii. 26.
16. 1 Cor. iv. 15.

[1] dedit P. [2] *ins.* Christianorum CF *Boll.*
[3] totius CF; toties F4*corr.*; omnes *Boll.*
§ B *resumes* (exporta § ti). [4] grauetur BCF F4*corr.*

Christo genui—enumerare nequeo—quid faciam uobis? Non sum dignus Deo neque hominibus subuenire. *Præualuit iniquitas iniquorum super nos.* Quasi *extranei facti sumus.* Forte non credunt *unum baptismum* percipimus[1] uel *unum Deum Patrem* habemus. Indignum est illis Hiberia[2] nati sumus. Sicut ait, *Nonne unum Deum habetis? Quid dereliquistis unusquisque proximum suum?*

17. Idcirco doleo pro uobis, doleo, carissimi mihi; sed iterum gaudeo intra meipsum. Non gratis *laboraui* uel peregrinatio mea *in uacuum* non fuit. Et contigit scelus tam horrendum ineffabile! Deo gratias, creduli baptizati de sæculo recessistis ad Paradisum. Cerno uos. Migrare cœpistis ubi *nox non erit, neque luctus, neque mors amplius,* sed *exultabitis sicut uituli ex uinculis resoluti, et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pebibus uestris.*

18. Uos ergo regnabitis cum apostolis et prophetis atque martyribus; æterna regna capietis, sicut ipse testatur; inquit, *Uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno cælorum. Foris canes et uenefici et homicidæ;* et *mendacibus et periuris pars eorum in stagnum ignis æterni.* Non inmerito[3] ait apostolus, *Ubi iustus uix saluus erit, peccator et impius transgressor legis ubi se recognoscet?*

19. Unde enim Coroticus cum suis sceleratissimis, rebellatores Christi, ubi se uidebunt? qui[4] mulierculas baptizatas præmia distribuunt[5] ob miserum[6] regnum temporale quod utique in momento transeat sicut nubes

16. Ps. lxiv. 4; lxviii. 9; Eph. iv. 5; Mal. ii. 10.
17. Phil. ii. 16; Apoc. xxi. 4, 25; xxii. 5; Mal. iv. 2.
18. Matt. vii. 11; Apoc. xxii. 15; xxi. 8; 1 Pet. iv. 18.

[1] percepimus B. [2] Yberia B.
[3] so P F4*corr*; merito CF; enim in uanum B.
[4] quam CF; quas P F4*corr*.
[5] *So* F4*corr.*; distribuuntur BCFP.
[6] *So* F4*corr.*; misere BP; miserere C; miscere F.

uel *fumus qui* utique *uento dispergitur. Ita peccatores* fraudulenti *a facie Domini peribunt, iusti autem epulentur* in magna constantia cum Christo, *iudicabunt nationes, et* regibus iniquis *dominabuntur* in sæcula sæculorum, Amen.

20. *Testificor coram Deo et angelis suis*, quod ita erit sicut intimauit imperitiæ meæ. Non mea uerba, sed Dei et apostolorum atque prophetarum, quod ego Latinum exposui, qui numquam enim mentiti sunt. *Qui crediderit saluus erit, qui uero non crediderit condempnabitur.* Deus locutus est.

21. Quæso plurimum ut quicumque famulus Dei[1] promptus fuerit ut sit gerulus literarum harum, ut nequaquam subtrahatur uel abscondatur[2] a nemine, sed magis potius legatur coram cunctis plebibus, et præsente ipso Corotico.[3] Quod si Deus inspirat illos ut quandoque Deo resipiscant, ita ut uel sero pœniteant quod tam impie gesserunt—Homicida erga fratres Domini!—et liberent captiuas baptizatas quas ante ceperunt, ita ut mereantur Deo uiuere, et sani efficiantur hic et in æternum. Pax —Patri et Filio et Spiritui Sancto, Amen.

19. Sap. v. 15; Ps. lxvii. 3, 4; Sap. iii. 8.
20. 1 Tim. v. 21; Marc. xvi. 16.

[1] *ins.* ut CF. [2] *om.* uel abscondatur BCF. [3] Coritico P.

BILLING AND SONS, LTD., PRINTERS, GUILDFORD, ENGLAND

TEXTS FOR STUDENTS.

GENERAL EDITORS: CAROLINE A. J. SKEEL, D.Lit.
H. J. WHITE, D.D.; J. P. WHITNEY, B.D., D.C.L.

No. 1. SELECT PASSAGES
FROM JOSEPHUS, TACITUS, SUETONIUS, DIO CASSIUS. Illustrative of Christianity in the First Century. Arranged by H. J. WHITE, D.D. 3d. net.

No. 2. SELECTIONS FROM MATTHEW PARIS.
Arranged by C. A. J. SKEEL, D.Lit. 9d. net.

No. 3. SELECTIONS FROM GIRALDUS CAMBRENSIS.
Arranged by C. A. J. SKEEL, D.Lit. 9d. net.

No. 4. LIBRI SANCTI PATRICII.
The Latin Writings of St. Patrick, etc. Edited by NEWPORT J. D. WHITE, D.D. 6d. net.

No. 5. A TRANSLATION OF THE LATIN WRITINGS OF ST. PATRICK.
By NEWPORT J. D. WHITE, D.D. 6d. net.

LONDON
SOCIETY FOR PROMOTING CHRISTIAN KNOWLEDGE